Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

tuerit. De crudelitate autem persecutionis que aduersus xpianos sub decio con
surrexit eo quod in religione philippi desaeuiret quem interfecerat superfluum est dicere.
Cum etiam fabianus romane ecclesie episcopus in ipsa occubuerit et alexander et ba
bilas hierosolimorum et antiochene ecclesie pontifices in carcere pro confessione dor
mierunt. Et si quis super origenis statu scire uelit quid actum sit primum de epistolis eius
que post persecutionem ad diuersos misse sunt et deinde de sexto eusebii cesarien
sis ecclesiastice libro historie et pro eodem origene sex uoluminibus potest liquido
cognoscere. Vixit usque ad gallum et uolusianum id est usque ad sexagesimum et nonum
etatis sue annum et mortuus est apud tyrum in qua et sepultus est. .l.v.

AMMONIUS uir disertus et ualde eruditus in philosophia eodem tempore alex
andrine clarus habitus est. Qui inter multa ingenii sui et preclara monumenta
etiam de consonantia moysi et ihesu opus elegans composuit et euangelicos cano
nes excogitauit quos postea secutus est eusebius cesariensis. Hunc falso accusat
porphirius quod ex xpiano ethnicus fuerit. Constat enim eum usque ad extremam

AMBROSIUS primum marcionites. .l.vi. Vitam xpianum perseuerare.
deinde ab origene correctus ecclesie diaconus et confessionis dominice glorie
insignis fuit. Cui et protheocisto presbytero liber origenis de martyrio scribitur. Huius indus
tria et sumptu et instantia infinita origenes dictauit uolumina. Sed et ipse
ut uir quippe nobilis non inelegantis ingenii fuit sicut eius ad origenem epistole in
dicio sunt. Obiit autem ante mortem origenis et in hoc a plerisque reprehenditur quod
uir locuples amici sui senis et pauperis moriens recordatus non sit. .l.vii.

TRIFON origenis auditor ad quem nonnulle eius extant epistole in scripturis
eruditissimus fuit. Quod quidem et multa eius sparsim ostendunt opuscula sed
precipue liber quem composuit de uacca rufa in deuteronomium et de diuisionibus
que cum columba et turture ad abraham ponuntur in genesi. .l.viii.

MINUCIUS felix rome insignis causidicus scripsit altercationem xpiani et
ethnici disputantis qui octauus inscribitur. Sed alius sub nomine eius fertur
de fato uel contra mathematicos qui cum sit et ipse diserti hominis non hic uidetur
cum superioris libri stilo conuenire. Me minit huius minucii et lactancius in

GAIUS sub zepherino urbis rome episcopo sub an .l.viiii. T libris suis
tonino seueri filio disputationem aduersus proculum montani sectatorem
ualde insignem habuit arguens eum super noua prophetia defendenda. Et in eo
dem uolumine epistolas quoque tredecim enumerans .xiiii. que fertur ad hebre
os dicit non eius esse. Sed et apud romanos usque hodie quasi pauli apostoli non habetur.

BERILLUS episcopus arabs bostrenus cum aliquanto tempore gloriose .l.x.
rexisset ecclesiam ad extremum lapsus in heresim que xpm ante